



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opusculvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

XX. S. Antervs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

cadunt.^b Et sedes Episcoporum ideo in Ecclesiis excelsa constitu^{b. b.d.}
untur, vt ex hoc Episcopi prælationem atque potestatem ligandi
& soluendi habere intelligentur, & omnes fideles per manus im-
positionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismum ac-
cipere debeant, vt pleni Christiani inueniantur. Hic Valerianum
Ceciliæ sponsum, multosq; alios ad fidem Christi conuertit, & ad
martyrii palmam perduxit. Hic ordinauit Episcopos 8. presbyteros
19. diaconos 7.

XIX.

S. PONTIANVS.

A. ccxxxiii.

PONTIANVS, natione Romanus, ex patre Calpurnio, sedit annos 9. menses 5. dies 2. Fuit autem temporibus Alexandri, à consulatu Pompeiani, & * Peliniani. Eodem tempore prædictus Pontifex cum Hippolyto presbytero in exilium est deportatus ab *Pelagiani.
Alexandro in Sardiniam, in insulam Bucinam Seuero & Quintiano consulibus, & in eadem insula afflictus, & maceratus fustibus defunctus est 3. Kalend. Nouemb. a ep. i. ad Fe-
dauit sacerdotes non esse accusandos ab inimicis, aut à sceleratis, licem.
aut hominibus alterius sectæ vel religionis, vel, si forte peccauerint, à reliquis sacerdotibus arguendos, & à summis Pontificibus constringendos esse præcepit, ita vt nullo modo à secularibus, aut malæ vitæ hominibus arguantur vel arceantur. Hic ordinauit Epi-
scopos 7. presbyteros 6. diaconos 5.

XX.

S. ANTERVS.

A. ccxxxvii.

ANTHEROS, natione Græcus, ex patre Romulo, sedit annos 12. mensem 1. dies 12. Fuit autem temporibus Maximini & Africani Coss. Hic gesta martyrum diligenter à Notariis exquisi-
uit, & in Ecclesia recondidit. Qui 3. Nonas Ian. martyrio corona-
tur. Hic ordinauit Episcopum vnum. a Hic etiam consultus, de E-^{a epist. ad E-}
piscoporum mutatione, fieri licere in suis decretis respondit, non p^piscop. Betice.
tamen cuiusquam libitu aut dominatione, sed communi utilitate
aut necessitate, sicut Petrus Apostolorum Princeps de Antiochia
Romam utilitatis causa est translatus, vt ibi plus proficere posset.
Et Eusebius etiam de parua quadam ciuitate Apostolica aucto-
ritate mutatus est Alexandriam, similiter & Felix de ciuitate qua
ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinam & bonam
vitam quam habebat, communi Episcoporum & reliquorum sa-
cerdotum, aut populoru^{7. q. i. c. muta-} consilio translatus est Ephesum, quia sicut
Episco-

Episcopi habent potestatem ordinare regulariter Episcopos & reliquos sacerdotes, sic quotiescunq; vtilitas aut necessitas exposcit, supradicto modo & mutare & inthronizare potestatem habent. Non enim de minori ad maiorem ciuitatem transfertur, qui non ambitu, nec propria voluntate, sed aut vi à propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut vtilitate loci & populi non superbè, sed hu-
b eadem epist. militer ab aliis transfertur, & inthronizatur. **b** Hic eiusdem decretis suis sanciuit, vt quisque inobediens spirituali animaduersione trū-
Deut. 17. cetur, & electus de Ecclesia rapido dæmonum ore dilanietur: sicut olim in veteri lege, quicunque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruento.

CAP. XXI.

A.CCXXXVIII

S. FABIANVS.

FABIANS, natione Romanus, ex patre Fabio, sedit annos 13. mensem i. dies 11. Fuit autem temporibus Maximini & Afri- cani, vsq; ad Decium secundum & Quadratum, qui martyrio cor- ronatur 14. Kalend. Februa. Hic ordinavit Episcopos 11. presbyte- ros 22. diaconos 7. Hic 7. diaconos in vrbe Roma in 7. regiones ipsius vrbis diuisit, qui ad peragendum officium illis congruum omni hora parati inuenirentur. Hic etiam septem subdiaconos or- dinavit, qui septem notariis imminerent, & gesta martyrum vera- citer ex integro colligerent. Huius etiam tempore Nouatus hære- ticus ex Africa venit, qui Nouatianum & alios quosdam Christi Confessores de Christi Ecclesia separauit, & in doctrinam prauam conuertit.

a Hic paternè monuit, & decreto salubri, & omnibus Chri-
comministros. stianis hominibus seruando sanciuit, vt omnes illi, cum quibus
1. Cor. 5. Apostolus cibum nos sumere vetat, à Christianorum consortio
6. q. 1. communes. sequestrati penitus habeantur, nec in cuiuslibet & fidelium accusa-
 tione ullatenus suscipiantur, vsque ad satisfactionem, dum dignè
 venisse non dubitantur.

b Hic etiam in decretis Orientalibus Episcopis destinatis inui-
b epist. 2. olabiliter seruandum esse præcepit, vt singulis annis nouum Chri-
 sma conficeretur, & vetus in sanctis Ecclesiis cremaretur, quia sicut
 ipsius diei sollemnitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius
 sancti Chrismatis confectio per singulos annos est agenda, & de an-
 no in